CONCIO

ad Clerum celeberrimæ Florentiſsimæq; Academiæ Oxoñ habita Iulij decimo, Anno Domini 1606. per Miniſterium Richardi Fowns ſacræ Theologię Profeſſoris.

694.e.15
5

Matth. 24. Verſ. 14. 15.

Quum ergo videritis abhominationem illam vaſtatricem qua dicta eſt a Daniele Propheta, poſita in loco Sancto: (Qui legit, animaduertat) tunc qui in Iudaa fuerint, fugiant ad Montes.

LONDINI
Impreſ. per R. Raworth.
1606.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

ILLVSTRISSIMO SERE-
niſsimoq; Principi *Henrico* Walliæ prin-
cipi potentiſsimi atq; Auguſtiſsimi Regis Iacobi
Magnæ Brittaniæ, Franciæ, et Hibern. Monarchæ Fi-
lio et Hæredi excellentiſsimo gratiã, pacem, et miſe-
cordiam a Deo Patre & Domino noſtro Ieſu Chriſto.
cum omnibus præſentis et futuræ vitæ
fælicitatibus.

CVM de publicanda hac mea qualicunq; Antichriſtianæ ſuperbiæ anatomia primùm cogitare cæpi (Nobiliſs. Clariſſ.q; Princeps) ad celſitudinis tuæ patrocinium humiliter cõferre ſe eam, duplice mihi nomine æquiſſimũ videbatur. Primo enim, vt cæteris omnibus hominibus piis, grauis ſæper Antichriſti Tyranis fuit, ſic Imperatoribus, Regibus, Principibus multo quidẽ eſt infeſtiſſima: non ſolum enim ſe tãto omnibus dinaſtis et maieſtratibus præſtare, quanto Sol Luna, Aurum Plumbo, ſpiritus corpore eſt excellentior gloriatur: Sed et Cæſaream ac pontificiam ſimul conſiſtere dignitatem non poſſe et verbis et factis profitetur. Huius igitur te fraudes omnes, technas, faſtum, moreſq; noſſe nõ minus neceſſariũ quam odiſſe dixerim, quem in omnibus rebus et rationibus tuis per totius vitæ tuæ curſum inimiciſſimũ experieris. Secunda mihi ratio, cur labores hos meos ampliſſimo nomini tuo (inſigniſſ. Princeps) conſecrarem, ſpes illa eſt quam de te omnes boni viri concipiunt et tenellæ huius tuæ ætatis ſplendor, virtus, animus, ingenium, polliceri videntur, vt poſtquam potentiſſ.

prudentiſs. q; Brittaniæ *Monarcha pater tuus regna per tot ætates et ſecula diuiſa in vnũ reduxerit, religionem ſinceram legibus coroborauerit, Papiſticam Idolatriam regionibus ſuis exterminauerit rempublicam pace & diſciplina conſtituerit, feceritq; Babilon vt euerti poſſit. Tu Antichriſti malleus, tu flagellum, tu fulmen, tu cornuum illorum primus ſis, quæ purpuream illam meretricem deſolatam et nudam reddẽt, et carnem eius comedẽt, et ipſam igne concremabũt. Hæc te gloria et hic verè chriſtianus triumphus manet. Prodeat interea (ſereniſſime princeps) ſub auſpicijs tuis Mercurius iſte paucis paucis beſtiæ blaſphemias, artes, ſcelera, mundo denuncians: quæ ſi Antichriſti mancipijs leuia videntur, ignoſcãt plura, et grauiora, Deo fauente, poſt hac daturo. Deus optimus maximus propter Jeſum Chriſtũ filium ſuum vnicũ, regat te (princeps principũ ſplendor) ſpiritu ſancto ſuo, omnibus exornet gratijs et dotibus ſuis, omnes miſericordiarum theſauros in te effundat. Cui omnis ſit in omnem æternitatem laus et gloria.*

Amen.

Illuſt. et ſereniſ.
Celſitudinis tuæ

humilis et fidelis

Rich. Fowns.

Concio in 2. ad *Theſ.* 2. *verſ.* 3. & 4.

Ne quis vos ſeducat vllo modo. Non enim aduenier dies Chriſti, quin venerit deſectio prius, et retectus fuerit homo ille ſceleratus, filius (inquam) ille perditionis, ſeſe opponens et efferens aduerſus quicquid dicitur Deus, aut numē; adeo vt in templo Dei tanquam Deus ſedeat, præ ſeferens ſe eſſe Deum.

SCitè dixit, quicunq; dixit, bellum omnium Pater. Siue quòd ex lite (vt Philoſophis placet) omnia proueniant: ſiue quia hinc tot librorum atq; operum anſa et occaſio; quod non mihi alicubi verius, quàm in religione & eccleſia Chriſti videtur. Licet enim hæreſis omnis author ſit parenſq; verſutus ille ac homicida ſerpens, qui et meſſem Chriſti zizanijs, et nauim fluctibus opprimere ſedulus conatur: ita tamen impiorum hominum ſceleribus ſummus ille rerum moderator vtitur, vt ex medijs, non ſuis, ſuum aſſequatur finem. Cumq; in omnibus quas excitas, tragædijs & procellis, Satan, illud tibi vnum in votis ſit, vt, in quam ruis, eruas eccleſiam, et, quæ vertitur, euertatur [a]Puppis. Pœna quæ putatur, medecina eſt, iraſq; tuas in ſuam vertit laudē fitq;, vt martyrum ſanguis ſemen, ſic hæreticorum blaſphemia cos eccleſiæ. Cuius quidē, neſcio, an illuſtrius vſpiam exemplum, quàm in eccleſia *Theſſalonicenſi* reperias,

[a] *Hiero. in Ezec.*

reperias. Quam dum opinionum hinc inde somnijs exagitare: suspicionum et coniecturarum delirijs huc illuc impellere impuri perditiq; impostores conantur, Apostolum submonuit spiritus, hac vt epistola, et seductorum improbitati occurreret, et infirmorum fidei consuleret, et ecclesiæ aheneum hunc murum in omnem posteritatem relinqueret. Sæpiùs in Euangelio Dominus discipulos suos alloquitur, [a] sæpius hortatur; *Non* veniet regnum Dei, ita vt obseruari possit: [b] *Cauete*, vigilate, orate, nescitis enim quando tempus illud futurum sit. [c] *Vigilate* itaq; , nescitis diem neq; horam, qua filius hominis veniet. Hic autem *Thessalonicæ* seductores, quod apertum esse Deus voluit, vigilare negligunt: quod occultum esse Deus voluit, diem, horam, momenta scire scrutantur, et iam iam conflagraturum orbem clamant: mox mundus pœnas dabit,

[a] Luc. 17.
[b] 13. Mat. 33.
[c] Math 25.

Lentum est, dabit: dat, hoc quoque est lentum: dedit.

Est enim præceps quorundam zelus, quicquid vult, nimis vult. Siue ieiunant, [d] *Cito* libera; aut quare ieiunamus & non aspexisti? siue orant, confestim audi; aut [e] *vsq;* quò, domine, obliuisceris? seu angustijs premantur: [f] *Si* non fuerit in septem diebus qui defendet, egrediemur ad te: siue promissis agas, ni ocius reddideris, [g] *Vbi* est pollicitatio aduentus eius? [h] *Melior certè* viro forti vir patiens. [i] *Hic* sanctorum tolerantia. Non enim citra aratrum & sementē messis nostra. Sed [k] *Patientia* vobis opus est, vt, vbi voluntatē Dei peregeritis, reportetis promissionē. Cui si visum fuisset, et præproperus hic æstus & festinatio placuisset, ab arbore

[d] Esai. 58.
[e] Psal. 12.
[f] 1 Reg. 11.
[g] 2 Pet. 3.
[h] Pro. 16.
[i] Apoc. 14.
[k] Heb. 10.

vitæ

vitæ rapuisset ADAM in Paradiso, quod ab homine vitæ expectat in ecclesia; et quam præstolatur fide salutem, prehendisset manu. Israelitas non duxit, at circumduxit in promissam terram: compendio si voluisset, verbo fecisset, & solo operatus esset numine suo, quod iam iustitia, misericordia, sapientia adhibitis effectum reddidit; qui non tam citò, quam tutò et suo tempore electis ad gloriam apparebit. Hic igitur horum verborum scopus, hoc est propositum; vt *Thessalonicenses* de futuro orbis terratum excidio sollicitas doceat, non aduenturum regem gloriæ, Christum Dei, nisi venerit defectio prius, et retectus fuerit homo ille sceleratus, filius ille perditionis, sese opponens et efferens aduersùs quicquid dicitur Deus aut numen: nec solum mysterium iniquitatis, aduersarium Dei, pseudoprophetam, ante Christi aduentum elaturum se & thronum quendam gloriæ Christi ex diametro oppositum erecturum vaticinatur: sed & ipsum adeò monstrum signauit Stellis, et quasi obelisco notauit; ita, vt facile cuiuis iam sit aurem habẽti & audienti, quid spiritus Ecclesiæ dicat: vel in corde suo verba conseruanti (vt inquit propheta DANIEL) ipsum hominem peccati agnoscere, digitoq; monstrare. Quẽ suis graphicè coloribus depingit Apostolus; Et quoàd portentosæ illius superbiæ modum, & quoad locum vbi sessurus *Nimrod* iste et regnaturus est. Quoad locum, disertis verbis templum Dei esse astruit; quoad modum, triplicem superbiendi rationẽ tradit. Primò, quòd se opponat et efferat aduersus quicquid dicitur Deus aut numen: Secundò, quòd in templo Dei sedeat tanquam Deus: Tertiò, quod præ se ferat se esse

2. Thes. 2.

Apoc. 2.

Dani. 7 25.

Deum. Hinc triplex mihi Antichriſtianæ ſuperbiæ genus elicitur; quod ſe nimirum Chriſto ſapientia ſua, poteſtate ſua, officio ſuo ille Satanæ primogenitus æquabit. Sapientia, quæ in docenda, poteſtate, quæ in regenda: officio quod in liberanda eccleſia cernitur. Illud enim opponere ſeſe aduerſus Deum, illud efferre eſt, cum traditiones ſuas, ſua placita, & ſancita diuinis legibus vel æqualia, vel ſuperiora contendit. Illud autem, in templo Dei tanquam Deus ſedere, eſt, in eccleſiæ gubernatione et œconomia ſeſe cum ipſo patrefamilias et ſponſo ac capite Chriſto conferre. Præ ſe ferre verò ſe eſſe Deum, eſt, ad ſeipſum munera Chriſti propria, mediatoris ſcilicet, aduocati, ſacerdotis transferre; hoc eſt opponere, ſedere, eſſe Deum.

De loco ſiue ſede Antechriſti.

Primò autem, vt de Antichriſti ſede & ipſis belluæ luſtris verbo et numero loquar; quemadmodũ MICHOL olim patris ſatellites ad interficiendum DAVIDEM miſſos, quem per feneſtram in Ramotha fugiſſe nouerat, in cameram ad lectum & ſimulachrũ in lecto duxit: ſic cum Antichriſti ſolium et ſedem quærimus, vt Spiritu oris domini, verbo veritatis iuguletur bellua, Paleſtinam, Iudæam, tribum Dan, templum Salomonis inculcant. Hic latere excetram: Hic peſtem clamant, atq; huc illud Apocalypſeos vndecimo referunt: Vbi aduerſus Hieroſolymitanos duos illos teſtes belluæ rabiem diſcribens Spiritus, aſcendet (inquit) et *geret* aduerſus eos bellum et vincet, et occidet eos, et cadauera eorum iacebunt in plateis vrbis magnæ, quæ ſpiritualiter vocatur Sodoma & Ægyptus, vbi dominus crucifixus eſt. Sed vt omittam Chriſtum ibi crucifigi; ſiue in templo, ſiue in eccleſia, ſiue Romæ, ſiue Hieroſolymis, vbicunq; membra

1. Sam. 19.

Apoc. 11.

bra eius crucifiguntur; atq; vt præteream Hierosolymam
spiritualiter, nec Sodomam, nec Ægiptum, sed regnum Apoc.21.10.
Dei, cœlestem patriam, et matrem nostrorum omnium Gal.5.25.
appellari. Illud certè tacere non possum, templum hoc,
de quo Iohannes scribit, templum non esse illud Salo-
monis: Quia, cum Angelus templum et eos, qui ado-
rant, metiri præcepisset, atrium, quod extra templum Apoc.11.1.
erat exclusit: Nam *datum est* (inquit) gentibus. At ma-
terialis templi atrium non magis gentibus concessum
est, quam ipsum templum: Sed qui atrium calcârunt
templi Iudæorũ, ipsum conculcârunt & concremarunt
templum. At vt concedamus, quod vnice expetunt, esse
hanc ciuitatem de qua Iohannes loquitur, ipsam Hiero-
solymam, et templũ, ipsissimũ illud Salomonis templum.
Quid hinc sequetur? Antichristi esse sedem Hierosoly-
mam? atenam certè sine calce. Nihil enim hîc de Anti-
christo sedente, Nihil de solio, Nihil de sede: Sed tantũ
aduersus duos illos Prophetas hîc oriundos, duos testes,
oleas, candelabra, quæ huic Ciuitati lucem dabunt, bel-
lum gesturam bestiam. Et quid ni gerat? *Cui* datum est Apoc.13.7.
bellum gerere cum sanctis, et eos vincere: & cui data est
potestas in omnem tribum, linguam, & gentem. Non
igitur hinc Antichristus Hierosolymis præ cæteris mun-
di plagis, aut in templo potius isto, quàm in templis alijs
sedem habiturus asseritur. Sed, vt ceteras, sic et hanc ec- Apoc.13.15.
clesiã affliget, et occidet duos illos prophetas. *Qui* faciet
vt, quicunque imaginem bestiæ non adorant, occidan-
tur. Antichristus enim vniuersa vbique confringet; in-
tus, foras, in ciuitate, in deserto, At quod reperisse se
Bellarminus rimam putat, qua effugiat, ecclesiam Christi Bel. de Ro Pon.
sedem esse Antichristi; nobis ipsis autem fatentibus,

Romæ ſedere Antichriſtum; eccleſiam proinde Romanam Eccleſiam Chriſti eſſe, putidum eſt, inſulſum, miſerum ſophiſma: quo decipi, niſi vultis, non poteſtis; quemadmodum enim agni cornua geſtat beſtia, ſic & in templo Dei ſedet beſtia: cornua agni, agni ſimulata poteſtas, templum Dei veriùs ſpelunca latronum, agni tamen cornua & templum Dei ὁμώνυμος et κατὰ τί. Sic nimirum dicebatur Angelus Sardenſis viuere, cum eſſet mortuus: Et *ditatus* ſum ac diues (inquit Laodicenſis) ærumnoſus & miſerabilis. Sunt enim *primi* vltimi, & vltimi primi: quia *Eccleſiæ* nomine (vt ſcitè Leo) armamini, ſed contra Eccleſiam: quia *fidei* nomine (vt elegantèr Hieronimus) ſcripta eſt infidelitas. In illo igitur templo et illa vrbe dominatur Antichriſtus, de qua typicè Eſaias, *Quomodo* facta eſt meretrix ciuitas fidelis? de qua Ieremias, *Quomodo* obſcuratum eſt aurum, aurum puriſsimum? de qua Oſeas, *Prima* poma ficulneæ in cacumine ipſius patres eorum: at ipſi introierunt ad Belphegor & abalienati ſunt. De quibus ipſe ſpiritus: *dicunt* ſe Iudæos eſſe, et non ſunt, ſed ſynagoga Sathanæ. Licet (vt grauiter Auguſtinus) *Columba* illa vnica, pudica, caſta, in ſolis bonis, ſanctis, iuſtis intelligatur. Eſt tamen ciuitas *glorioſa*, habitans in confidentia, quæ dicit, ego ſum & non eſt præter me alia: et tamen facta eſt hæc ciuitas in deſertum cubile beſtiæ. Optimè hunc diſſoluet nodum propheta Daniel, qui templum illud Hieroſolymitanum ita dirutum et deiectum iri canit, vt *finis* eius ſit vaſtitas, & poſt bellum deſolatio; nihilominus tamen erit in templo abhominatio quando non erit templum: quando *non* relinquetur ſuper lapidem lapis; ſtabit tamen in loco ſancto. *Qui* legit, intelligat. Nec enim hic

Apoc. 13.

Apoc. 3.

Eſai. 1.

Ier. lam. 4.

Oſe. 9.

Apoc. 2.

Soph. 3.

Dan. 9.

Matth. 24.

locus

locus, locus, ſanctus, quem gentes polluent, nec locus ſedi, vbi non ſuper lapidem lapis. Qui legit, intelligat. Quid intellectu opus? vt σκαφὴν σκαφήν, et templum appellem templum. In Templo igitur Dei (vt optime Auguſtinus) hoc eſt, *in* templum Dei ſedebit Antichriſtus; quaſi ipſe eſſet templum Dei, id eſt, Eccleſia. Non in *Hieroſolymorum* (inquit Athanaſius) duntaxat templo, ſed & in omnibus paſsim templis ſedebit Antichriſtus. Omnia vt vno verbo expediam, quæ de Antichriſti ſede dicenda ſunt iam mihi, cum omnes cæteri hoſtes et hæretici manifeſtè extra Eccleſiam Dei inueniantur, vnus Antichriſtus domeſticum et vernaculum malum eſt. *Dæmonium* (vt loquitur Bernardus) meridianum, qui ſe non ſolum diem, ſed & meridiem mentitur. Si inſurgeret apertus inimicus, mitteretur foras & areſceret: Si violentus hoſtis, occultaret ſe ab eo forſan Eccleſia, iam vero quem eijciet? a quo ſe abſcondet? omnes amici, & omnes inimici, omnes neceſſarij, & nulli pacifici. Veriſsimus propheta Micheas, *Inimici* hominis domeſtici eius. Quo mihi iniquior videtur Stapletonus: ineptior Campianus: ſine ſenſu et cerebro Ieſuitæ omnes, qui ſeculum quærunt, annũ, diem, punctũ temporis, quo defecit a puritate Chriſtiana Eccleſia Romana. *Quomodo* tranſiuit a me ſpiritus (inquit Thraſonicus Pſeudopropheta ille) vt tibi loqueretur? *Effuſi* ſunt in Ephraim cani, et ipſe ignorauit. Non ſubitò quiſquam canus, non nocte vna: irrepſit, non peruaſit canities: non ſimul, non ſemel. Collata tritico ſeſe Zizania fatẽtur, Zizania vides? et quæris vnde Zizania? Certè cũ dormirẽt homines, venit inimicus, et ſeminauit inter triticũ; in agro, inter triticũ et abijt, abijt qui ſeminauit; dormit, cui ager committitur, dormis?

Aug. de ci. lib. 20. cap. 19.

Ath. in 2. Theſ. 2.

Bern. ſu. cant. Ser. 33.

Mich. 7.

2. Chro. 18.

Oſe. 7.

Mat. 13. dormis? et quæris vnde zizania? non eſſent, niſi ſeminata eſſent: et qui ſeminauit, quiſquis fuit, inimicus fuit. Hic

Mat. 24. igitur quid reſtat? niſi vt, *Qui* in Iudæa ſunt fugiant ad montes: *Qui* Eccleſiam (inquit Chryſoſtomus) cognoſcere volunt fugiant ad ſcripturas; ne non intelligentes,

Hom. 49. in Mat. quæ ſit Eccleſia vera, incidant in abhominationem deſolationis, quæ ſtat in Eccleſiæ ſanctis locis. Et hæc de Antichriſti ſede dicta ſunto.

De ſuperbia generis nota Antichriſti. Inter cætera ſigna et notas, quibus dignoſci poteſt meretrix illa magna ſcortationũ mater, maximè elucet. Et primas tenet illa, quam a parente ſuo Lucifero mutuatur primogenitus eius, Elatio: Hic enim *Rex* ille ſuper

Iob. 41. omnes filios ſuperbiæ. Qui *in* cœlum (inquit) aſcendam,

Eſai. 14. ſupra aſtra dei exaltabo ſolium meum: ſedebo in monte teſtamẽti in lateribus Aquilonis; aſcendam ſuper altitudinem nubium, et ero ſimilis altiſsimo. *Rex* impudens facie, *Qui* contra principem principum conſurget, et *Eleuabitur* et magnificabitur aduerſus omnem deum, et

Dan. 11. et 8. aduerſus deum deorum loquetur magnifica. *Filius*,

Mich 7. qui contumeliam patri facit, et, quæ ſurgit aduerſus matrem filia: *terra* gigantum, *terra* dominantium, *Mulier*

Eſai. 2 7. amicta cocco & purpura, et auro inaurata. *Deus* ego

Ier. 50. Apoc. 17. ſum (inquit). Et in cathedra dei ſedi, in corde maris, *generatio*, cuius excelſi ſunt oculi, et palpebræ in altum. *Quis*

Exe. 28. tandem ſimilis beſtiæ? Nam et *magni*, parui, diuites,

Prou. 30. pauperes accipient Characterem eius in manu et in fronte. Quamobrem non ſine prophetico (vt mihi videtur)

Apoc. 13. ſpiritu Cyprianus, *talia* (inquit) pollicetur Antichriſtus,

Cyp. Ser. de Ie. & ten. do. vltra quæ extendi non poteſt humana cupiditas; regnorum omniũ monarchiam, et vniuerſitatis dominatum; vt in omnibus mundanis vnus homo quaſi deus poteſtatem

ſtatem habeat, et ſint omnia ſubiecta, et generale vectigal excellentiæ cuncta principali perſoluant. Quem, quæſo, perſtringit? quem percellit? huic per omnia quadrat illud Chriſoſtomi, *non* veniet genua flectens, ſed elatus ſuper omne, quod dicitur Deus; adeò vt in templo dei ſedeat oſtentans ſe eſſe deum. *Eſſe* deum, ſi ſpectes quantitatem vocis duæ ſunt ſillabæ (vt eleganter Gregorius) ſi pondus iniquitatis, vniuerſa pernities. Non noſtrum eſt ſententiam omnem euoluere; non omnes ſuperbiæ illius ſpecies & rationes perſequi. Paucis tres illos elationis eius gradus, quos Apoſtolus recenſet, attingam. Chryſt. in 1. Theſ. 2.

Primus Antichriſtianæ ſuperbiæ gradus eſt, diuinæ ſapientiæ ſuam ſapientiam: legem legi: præceptum præcepto opponere, æquare, præferre. Quamobrem, cum σέβασμα cultus ſit vel reuerentia diuino numini exhibita perſonam hic *pro* re, et pro diuino cultu ipſum Deũ poni doctiſsimus Bullingerus obſeruat. Sic et Hieronimus hunc intepretatur locum; *leges* dei et cæremonias mutabit: eleuabitur ſupra omne, quod dicitur Deus, religionem omnem ſuæ ſubijciens poteſtati. Quamobrem ſactam vtriuſque teſtamenti ſcripturam templum eſſe illud, in quo ſedebit Antichriſtus, contendit Origines: *extollet* ſe (inquit) ſuper omnẽ verbum, quod annunciatur eſſe verbum Dei. Hiſce conſentit et Dionyſius ille Carthuſianus: *per* tumorem grauiſſimæ elationis ſupra deum verum extolletur *Antichriſtus*: Non quòd ſe Deo dicturus ſit maiorem, ſed quia Deum nihil timebit, et voluntatem ſuam voluntati eius præferet. Putabit enim quòd mutare poſsit et tempora et leges. De nonnullis verum quidem eſt paſtoribus quod Auguſtinus

Primus gradus Antichriſtianæ ſuperbiæ ſe Chriſto in verbo et ſapientia opponere.

Bul. in Theſ. 2.

Orig. Hom 29. in Math.

Dion. in 1. Theſ. 2.

Dan. 7.

ſtinus tradit; *audiuntur* vtiliter, qui non vtiliter viuunt: ſua ſtudent quærere, ſed ſua docere non audent: in vita ſua, ſua agunt, ſed ſua docere cathedra non permittit aliena. At ludum iocumque hos dices eſſe præ vt huius rabies quæ dabit. Non ſolum enim, *Qui* de terra eſt, de terra loquitur, ſed *tetendit* aduerſus deum manum ſuam, & roboratum eſt cor eius aduerſus altiſsimum, et *datum* eſt ei os magna loquens. Optimè Auguſtinus: *quis* Antichriſtus? mendax: quis mendax? qui negat Ieſum eſſe Chriſtum. Iam ergo quæramus quis neget; et non attendamus ad linguam, ſed ad facta. Si omnes interrogentur, omnes vno ore fatentur Ieſum eſſe Chriſtum: quieſcat paululum lingua, vitam interroga. Confitentur enim ſe noſſe Deum lingua, factis negant. Sic ille olim Epicurus verbis reliquit Deos, re ſuſtulit. Date mihi igitur veniam (patres et fratres in Chriſto dilectiſsimi) vt, quam ſæpius iam diſcerpſerunt et dilaniarunt in fruſta Iezabelem canes, eius ego oſſa et reliquias recolligam & componam. Fuit enim fateor, regis filia, licet hodie ſcortationum mater; vt, qui videt eam, *reſiliat* et dicat, *hæc* eſt ciuitas illa, illa gloriosa. Varijs quidē et diuerſis encomijs nuſquam non ſuum nobis Deus verbum, ſuam ſapientiam (fons namq; ſapientiæ verbum eius) commendat; at præ cæteris tribus inſigne laudibus, tribus nominibus; cæteris omnibus diſciplinis, decretis, legibus præfulget. Primò, quòd lex dei ſit, et ab eo ſolo omnem mutuata dignitatem et authoritatem ſuam. Secundò, quod lex illa ſola ſit lex ſalutifera et virtus dei ad ſalutem. Tertiò, quod ſit ſola lex æterna, conſtans, immutabilis. Percurramus. Hoc verbi eius ſummū decus eſt, eius quod ſit, et ab eo ſolo pendeat. *Eſt* in illa ſpiritus ſanctus

Ioh. 3.
Iob. 15.
Apoc. 17.
1. Io. 2.
Aug. ibid. Tract. 3.
Tit. 3.
Nah. 3.
Zeph. 3.
Sap. 7.

ſanctus vnicus. Nec enim *libidine* hominis allata eſt prophetia, ſed *acti* a ſpiritu ſancto loquuti ſunt ſancti dei homines; *tota* ſcriptura diuinitùs inſpirata; *trahitur* de occultis ſapientiæ *ex ore* altiſsimi prodijt primogenita creaturarum. Hinc tanta verbi maieſtas, tantum numen. *Dominus* loquutus eſt, altiſsimus edidit vocem ſuam. *Dominus* loquutus eſt, quis non prophetabit? *Quod* accepi a domino tradidi vobis. Quam aliam conciliat verbo gratiam aut dignitatem, niſi Deum? Hinc omne doctrinæ robur; hinc ſplendor: *nec* ab hominibus, nec per homines Apoſtolatus iſte. Ipſe ſibi teſtis & diploma: Ipſe verbo ſuo vita, nervus, anima, *dedit* voci ſuæ vocem virtutis. At, qui opponit ſe & effert aduerſus te, Chriſte, tuo in templo, tua in cathedra ſedens, per ipſum templum & ipſas ſcripturas (vt ſcitè Origines) ſeſe oſtentans deum, *iuditium* eius & dignitas a ſeipſo; non legis obſeruator, ſed iudex; non ſuper cathedram, ſed ſupra cathedram regnat, exultat, dominatur.

2. Pet. 1. 2. Tim. 3. Iob 38. Eccle. 1. Amos 3. 1. Cor. 11. Pſal. 67. init. 7. Abac. 2. Iac. 4.

Nam *a doctrina* Romani Pontificis & Romanæ Eccleſiæ ſacra ſcriptura robur trahit: Sic Prierias. *Nec* ſcripturæ pluris, quam Æſopi fabulæ; niſi accederet ad eas Eccleſiæ confirmatio, ſic Hermannus, et defendens Hermannum Hoſsius. *Nec* in illis quicquam ineſt diuinitatis, quæ nos ad credendum, quæ in eis continentur, aliqua religione conſtringat: Sic Andradius. Nam *Etiamſi* ſcriptura dicat, libros prophetarũ & Apoſtolorum eſſe diuinos; etiam in Mahometi Alcorano paſsim legimus, Alcoranum de cælo a deo miſſum: ſic Bellarminus. Quamobrem *nec* omnia Apoſtoli ſcripſerũt, vt præeſſet, ſed aliqua, vt ſubeſſent fidei noſtræ: ſic Pigheus. Hinc illæ blaſphemiæ, ſcripturæ *mortuum* atramentum; *res* inanimis;

Oppoſitio Antichriſti contra authoritatem verbi Dei.

Ex chriſp. Pant.

And. in 3. lib. def. con. tri.

Bel. de ver. Dei non ſcrip. lib. 4. cap. 4.

Alb. Pig. Hir. libr. cap. 2. Epus. pict.

Eck. 1 Pig. lib. 3 cap. 3. Rom. Remenſes. Kelnif. pa. 158. Leo ſer 2. de Ieiu. pent. diſt. 1. cap. conſuetudo. Sa. lib. 8. de cur. nug. cap. 7.

nimis; *muti* iudices; *atramentaria* theologia; *Euangelium* nigrum; *naſus* cereus; *plumbea* regula; *litera* mortifera; *Satanæ* tegumentum: at *mater* fidei, *fidei* nutricula Eccleſiæ Romanæ: ſic Salisburienſis. *Huius* conſuetudo, *huius* decreta in ſacris ſcripturis cenſenda ſunt, ſic Leo ſic Gratiannus. *Huius* cathedræ ad hæret veritas, ſic Cuſanus. *Hæc* omnibus maior, omnibus antiquior ſcripturis: ſic Morganus. *Hæc* ſpeculum et exemplum mundi: ita Stephanus. Cumquè ſcriptura commonitoriũ ſit quoddam vtile, (ô frigidam laudem,) et regula fidei partialis, *Ex* qua non efficaciter, ſed rationabiliter tantum Chriſtum eſſe deum et hominẽ probatur. *In* qua expreſſè non continetur tota doctrina neceſſaria: ſiue de fide, ſiue de moribus. Lex Papalis [a] *Perfectam* in rebus agendis formam & in moribus diſciplinam tradit. [b] *Huius* igitur iuditio Eccleſiam acquieſcere oportet; *vt* omnes ei tanquam Ieſu Chriſto ſubdantur. *Nam* iuditium eſt pro lege ſuum. Quamobrem nec eadem (inquit Dreido) fides, eadem charitas, idem Deus, Chriſtus, Spiritus ſanctus, ſcriptura, Euangeliũ, ſymbolum poſſunt in Eccleſia conſtituere, quorum non ſunt Romana authoritate Pontifices inſtructi. *Non* enim idem eſt de fide eſſe, & de iure diuino. At, quod Eccleſia docet, expreſſũ dei verbum eſt: Papæ decreta, conſiliorum Canones eadem planè cum ſcripturis authoritate & dignitate pollent. Penes Eccleſiam igitur nouos fidei articulos condendi ius, ac poteſtas ſumma. *Cuius* imperio cœlum ipſum aperitur & clauditur. Ita verbi tui, Chriſte, nulla majeſtas, nulla dignitas; vel ſi quam habet, ab iſtis habet; qui ſitienti vndam fonti, & ſoli lucem afferunt. Nam quod *ſtipiti* rami: quod capiti membra: quod ſoli radij:

Cuſan. ad Boh. epiſt. 2 ex Foxo. Steph. diſt. 19, ca. enim vero. Bel. de verb. non ſcrip. lib. 4.

Nich. Lira in lib. con. perfid. Iudæo Bel.

a In prœm. ſexti Bonif.

b Bel. de verb. Dei non ſcrip. lib. 4, cap. 3. Tho. Acq. con. impu. tel. cap. 3, Summa Caſ. Frat. Bapt. de Salis, Dreid. de dog. va. lib. 4,

Bel. de Ro. Pon. liber 2,

Diſt. 19, canonicis.

Diſt. 20, decret. Rem. anot. 2, Tim. 3,

Greg. card. in chr. caſ. lib. 4 cap. 91,

Pet. Bleſ. ep. 45, ad Ro. Pont.

radij: quod fonti riuuli: hoc Apoſtolicæ ſedis eminentiæ debent omnes Eccleſiæ. *Mihi* (inquit Innocentius) in Propheta dicitur, conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſsipes, & ædifices, & plantes. Hoc niſi in templo, in cathedra, in verbo Dei, in ipſo ſit ſedere ſole, atq; oculo altiſsimi, quid tandem erit? At priuatorum ſunt hæc forſan hominũ ſomnia, ſuſurri & hyperbolæ: nequaquam; leges ſunt, decreta ſunt: Et, ſi quæ hominum forſan fuerunt, ſunt iam Eccleſiæ oracula. *Ex* quo palam prolata, publicè emiſſa, diplomatibus, cenſuris, calculis, ſubſcriptionibus rata; firma, pia, vera, ſalubria, Sybillæ habentur folia; nec Indicem metuunt expurgatorium, nec limam, nec veru, nec ſtellam, nec vnguem, nec miniatulas ceras, nec nigrum theta: ſed cum flagrabunt igne Biblia Anglica, Germanica, Gallica vtcũq; terſa, aurea hæc in olympo ſtabunt, regnabunt in Vaticano, & tempus & inuidioſam ſuperabunt vetuſtatem. Libentèr Eccleſiam quidem verbi diuini teſtem, interpretem, vindicem, præconem dabo: nihil das; Iudex, Prætor, norma, lex eſt. Si igitur ſcripturas per ſolam iam Eccleſiam cognoſcis, vnde ipſam noſti Eccleſiam? in promptu eſt, habet enim notas ſuas. Quæ illæ? Nomen Catholicum, antiquitas, duratio, amplitudo, ſucceſsio, conſpiratio, vnio, doctrinæ ſanctitas, vitæ ſanctitas, doctrinæ efficacia, miracula, prophetia. At hæc omnia & Manes iactat & Neſtorius: vnde iam Papæ potius partes Eccleſiam, quàm Neſtorij aut Manetis ſciam? decernet Eccleſia. Quæ illa? Romana.

Ser. 2, Inno. 3, de conſec. Pon. max.

Bel. de not. Eccl.

Spectatum admiſſi riſum, teneatis amici?
Ipſa ſibi Iudex & gnomen ſcilicet

Oppoſitio Antichriſti contra virtutem & efficaciã verbi Dei.

Secunda verbi diuini laus & encomium eſt, quòd Dei *virtus* ſit ad ſalutem. Hanc illi efficaciam Petrus tribuit, quòd per ſermonem hunc non *ex* mortali ſemine, ſed immortali renaſcamur. Semen hoc verbum Dei, *Sermo* ignitus, lex, lux, clipeus Salomoni; verbum veritatis, lucerna Dauidi: *Vinum*, lac, imber, nix de cœlo Eſaiæ, quod non reuertitur vacuum, ſed faciet, quodcunq; vult, & proſperabitur: *ignis*, malleus confringens petram Ieremiæ: *galea* ſalutis, gladius ſpiritus Apoſtolo. Hæc omnia quid aliud docent, niſi *non* eſſe verbum, ſicut verbum hoc. *Non* vt lex tua. *Quid* paleis ad triticum? efficaciam quæris? *mandatum* eius vita. Optimè Auguſtinus, *quicquid* extrà homo didicerit, ſi vtile, hîc inuenitur; ſi noxium ſit, hîc damnatur. Hoc enim eſt *verum* et cœleſte illud manna omnis in ſe habens ſaporis ſuauitatem: incipientibus elementum, proficientibus incrementum, perfectis firmamentum; vt optimè Baſilius. Quamobrem *nullo* (inquit Chryſoſtomus) ſubſidio opus habet veritatis robur. Candorem & ſimpliciratem deſideras? audi Gregorium. *Habet* in publico, vnde paruulos alat: ſeruat in ſecreto, vnde mentes fidelium admiratione ſuſpendat. Fluuius quidam eſt planus & altus, vbi agnus ambulet, et Elephas natet: nec enim ſic clauſa Scriptura eſt, vt paueſci debeat, nec ſic aperta, vt vileſcat. Hîc aqua, illîc panis: hîc res Dei, illîc res fidei: hîc primis guſtata labris nutrit, illîc dentibus teri & manducari poſtulat. Elegantèr apud Senecam Portius conquerenti cuidam, quòd ſemper ſpinas offenderet in via, ſemper inter ſpinas verſaretur: imo (inquit ille) in pedibus forſan habes. Sunt qui difficultatem Scripturis afferunt, quam in ſcripturis non inueniunt, & noctem in oculis circumferentes, accuſant

1. Pet. 1.

Prou. 6.

Iſa. 8. 55.

Ier. 23.

Eph. 5.

Iſa. 8. iuxta 7.

Pſal. 118.

Ier. 23.

Io. 12.

Aug. de doc. chri. cap vlt.

Lib. 20. Mr. 6

cuſant ſolem. Opponenti certe ſe et efferenti aduerſus quicquid dicitur Deus aut numen, enerue, inops, elumbe, frigidum, obſcurũ, tenebricoſum, ænigmaticum patris verbum. Si vim & energiam verbi ſpectes; *nudis* et duris præceptorum funibus læduntur teneriores animi, plures ſanctorum incitantur exemplis, qui diuinis ratiõ mouentur præceptis. *Scripturæ* non ſunt ſimpliciter neceſſariæ, nec ſufficientes ad ſalutem; imo nec omnia complectuntur, quæ ad ſalutem requiruntur; vt omnis vno ore fœx illa. Lucem ſi velis et ſcientiam, *Scriptura* obſcurior eſt et difficilior, quàm vt vulgi craſſa & ſimplicia ingenia eius ſenſum penetrent: *ſcriptura* obſcura eſt, nec ſe interpretari poteſt: at Conſiliorum doctrina non eſt dubia. *Scripturæ* verba obſcuriora ſunt, quàm verba patrum: At *in* ſuis actis ſedes Apoſtolica veritatem perſequens libenter nodoſæ ambiguitatis involucrum vitat. *Imago* deniquè melior eſt, quàm oratio. *Melius* interdũ docet pictura, quàm ſcriptura: *plus* diſcere breui ex imaginibus, quàm longo tempore ex ſcripturis poſſumus. *Non* enim facta illa præcipuè eſt, vt ſit regula fidei, ſine qua Chriſti potuit doctrina non minùs ad 1500. annos conſeruari, quàm antiqua Religio a mundi incunabulis ad duo millia annorum conſeruabatur. At maior neceſsitas quàm carẽtia Vicarij Chriſti eſſe nequit. Si vero doctrinam literis Apoſtoli & Euãgeliſtæ conſignare in animo habuiſſent, catechiſmos potiùs ſcripſiſſent, quàm hiſtorias aut epiſtolas. Scopulos extimeſcis? vbi reperies niſi in Scripturis? Quamobrem ſcripturarum aut rara in Eccleſijs, aut nulla lectio. Nulla certè eſt, quæ nulli intellecta eſt; nec immeritò. Primò enim, *Silentium* requirit dignitas myſteriorum: deinde, *Deuotio* impedi-

Non. leg. Aug. in proœ.

Bel. lib. 4. cap. 4. de ver. Dei.

Lind.

Hard.

Bel. de verb Dei interp. lib. 3. ca. 1.

Bel, ibi,

Extrau, com, de con, præſ, ſedes, Apoſt,

Io Mon. in 2. cõnic.

Bel. lib. 4. cap. vlt. de verb. dei.

Con. Sen.

Bel, de verb, non ſcrip, lib, 4 cap, 11, ibid, cap, 4.

Clement de elect, pot, in gloſſ,

Ibidem,

Bel. ibid.

Bel. ibid.

Lira in 1, cor, cap, 14.

peditur, ſi, quod legitur, intelligatur. Poſtremò, *hæretici* omnes venena ſua ex ſcriptutis hauriunt: ita vt *liber* iam ſit planè hæreticorum ſcriptura. At *in* ſcrinio pectoris ſui omnia iura humana & diuina Romanus Pontifex. Is *lex* in terris animata, *ſolus* erroris neſcius, A *quo* quicquid fluit, Petri de cœlo eſt edita ſententia: Petrus autem in indiuiduæ vnitatis aſſumptus conſortium. *Determinatio* etiam Eccleſiæ, Euangelium: vbi *nihil* mutandum, nihil corrigendum, nihil interuertendum omninò eſt. Nihil enim cum *Cardinalibus* Papa ſine cauſa facit. Huius itaq; decreta, ſtatuta, lampertica, legenda, *Licet* in omnibus veritati non conueniant, tutò populo proponuntur, tutò audiuntur. Cum tamen ex ſacris literis, ne ipſe quidem decalogus ſecurè legi, niſi ſecundo diſpuncto præcepto, poſsit. ô tempora! ô mores! ſi aqua præſocat, quid inſuper ſorbebimus: vt olim Galenus, ecce Pandori pixidem. Inſtar enim omnium ſcripturarum, legis, prophetarum, euangeliorum, vnicum illud virginis pſalterium, medulla mellis; cuius tanta majeſtas, dignitas, fructus, vt, qui ex eo per tria luſtra centies deum Dominica, virginem ſua oratione ſalutauerit, *ſingulas* effuſi in cruce pro ſalute mundi ſanguinis guttas ſalutabit: Et ipſe ita ab omni ſcelere purus, imo purior, quàm in baptiſmo euadet; et non ſolum tres de proſapia ſua animulas æternis deſtinatas flammis eripiet, ſed & tantus orandi ardor eſſe poteſt, vt omnes ſimul liberentur captiui Purgatorio: Et hæc ita vera eſſe ipſe affirmauit Iohānes, ac eſt illud Euangelium ſuum, *In principio erat verbum &c.* Huc igitur deuenimus. Erroris opinio certa, incerta veritatis. Nemo vos decipiat, fratres, in ſublimitate ſermonum. Non ſine cauſa Camotenſis, *Vim* faciunt

Hard, Art. 15. ſect. 9,

Bel.
Sext, Bonif. lib, 1, ca. 1, licet,
Niche, 9, q, 3, patet,
Sext, decret, Bo, 8, lib, 1, cap, fund,

Io. Maria. ver, edit, an, 1561.

Greg. cauſ, 35. q. 9. apoſtol.
Extrav. Io. 22. ſuſcepti.

In præm nou. legend. Ang.

Index Expur, manip, curat,

Alanus de rup, in fine comp,
Dionif, Carth, in vtrumq. teſtam,
Impreſ, an, 1532,
Coloniæ,

Io, 1,

faciunt ſcripturis, vt habeant plenitudinem poteſtatis. Huc omnia recidunt; ſcriptura verbum Dei? certò certius: fidei firmamentum? fateor. Vnde igitur veſtræ ſynaxis manca, imagines, cælibatus, ſanctorum cultus, exorciſmi, vota, aqua luſtralis, chriſma, cerei, cineres, reliquiæ; vniuerſus deniquè ille traditionum mundus, quo Babilonica nitet meretrix? ex ipſo verbo dei. Verbum enim Dei, vox Eccleſiæ. Quæ illa? Romana ſola? imo verè ſola? nec præter eam alia. Quicquid tangit aurum eſt, quicquid probat ſcriptura eſt; non credo. At, qui non credit, *matriſq́* ſuæ inuidet priuilegijs; hæreticus eſt. Ecce gyros, ecce cuniculos. Non eſt, quod ab ipſa non eſt, quæ eſt authoritate vita, exponendo mens Scripturarum. *Vt* enim alij melius interpretentur, huius eſt ſolius definire, ad cuius portas ſedet catenata veritas; vt olim Athenis victoria. *ô* Ciuitatem (inquit *Euripides*) fortunatam magis, quàm ſapientem.

Bel, lib, 3, de verb, Dei, ca. 10,

P. Nich, diſt, 22, omnes,

Diſt, 2, decret, Bel, cap, 10, de verb, Dei lib, 3,

Tertius diuinæ legis ſplendor conſtans eſt illa & expers mutationis æternitas. *Firmiſſimus* hic eſt ſermo Propheticus, *Pactum* ſalis; ſal vero firmitatis ſymbolum. At, qui opponit & effert ſe aduerſus quicquid dicitur deus aut numen, contra ius diuinum, contra ius naturæ, contra decalogum, contra euangelium, contra Apoſtolum; De omnibus præceptis noui et veteris teſtamenti, Conſiliis generalibus, vniuerſo eccleſiæ ſtatu, votis, iuramẽto, fœnore, matrimonio, homicidio, proditione diſpenſare; nec *mutare* ſolum tempora & leges, ſed et *rerum* naturas, ſubſtantialia vnius alteri applicando habet. Lepidum certè hominũ genus, apud quos quid eſſe falſum poteſt, qui ſcripturas non diſcunt, ſed faciunt? quid vetitum? quod ferre nolunt, indulgent ſibi. ô nimium dilecte deo!

Oppoſitio Antichriſti aduerſus authoritatem verbi Dei,

2, Pet, 1,

Num. 18.

16, q, quicunq, in gloſſ,

15, q. 6, autho. in gloſſ,

Pap, Alex, de decimis cap, ex parte,

Greg, Iu. 32, q, 7. cap, quod propo.

De elect, et electi poteſt in gloſſ,

Baptiſt, de ſalis fol, 114, cap. quando de tranſ. epi.

Extrav, de iuram cap, venientes,

cui

cui si nox pro visione fuerit, infundendo lucem facies meridiem: si lux displiceat, iuducendo tenebras lucem eripies: decernendo æqualis, cur non opponas? dispensando maior, cur te non efferas? hîc igitur oppositio, hîc elatio, non solum leges dei violare, vel violatas mussitare, sed violandas tradere, cogere, imperare. Sic enim consilium illud Nicenũ secundum, *Quisquis* imagines adorare noluerit, anathema esto. Sic et consilium Tridentinum, *Quisquis* dixerit licere laijcis vtroque cõmunicare, anathema esto. Tibi iam, Christe, metuo gigantum vt arma feras, vt vites fulmen cum illo tuo, *Bibite ex hoc omnes*. Salua res est; hîc Christus, et illîc; tradit in scripturis, reuocat in Pontifice; quod verbo figit, refigit clauibus. Nolo pluribus, hanc mouere camarinam. *Pro* Christo (inquit Nazianzenus) contra Christum pugnatis. Hoc verè opponi est, hoc est efferri &c. sapientiæ Christi in verbo, authoritate Christi in Pontifice occurrere contrauenire.

Con. Nic. 2. act. 4.

Con. Trid. sess. 2.

Math. 26. ver. 27.

In Apolloget.

Oppositio Antichristi aduersus Christum in gubernatione ecclesiæ

Adeò vt in templo Dei tanquam Deus sedeat.

Quẽadmodũ cælo eiectus Lucifer principẽ iam mũdi agit, & tenebrarum seculi huius rector persequitur amictam sole mulierem; sic & hoc Antichristo primarium est, vt, licet deletum sit è libro vitæ nomen eius, & a cæna nuptiarum agni exturbatũ se esse sciat, cornua tamen agni, et regni gestat claues, vt militantis saltèm Ecclesiæ caput habeatur, qui triumphantis ne pilus quidem habebitur. Nullus es Phaeton, nisi in currum patris sedeas, ni habenas capessas: ni patris ascendas cubile Ruben: et ingressus sis ad concubinas patris Absolom. Nam qui sponsam habet, hic certè sponsus, et cuius fidei commissa virgo, hic sũmo apud patremfamiliâs in loco est:

Gen. 49. 2. Sam. 16.

eſt: cui verò commiſſa? Petro: quis Petrus? Papa: quo iure? ſuper hanc petram; At petra Petri fides, hanc ſemper Papa vel hæreticus: hæreticus forſan, homo: Papa, catholicus: labitur priuatus, at ſemper orthodoxus Pontifex: ſuarũ vtcunq; inops virtutum: Petri diues: Quamobrem quod ſoli Deo attribuit Auguſtinus, *vt ſit* in ſe ipſo α et ω, in mundo author et rector, in Eccleſia paterfamilias, in anima ſponſus, in iuſtis adiutor et protector. Certè minus non eſt quod et beſtiæ aſsignatur, vt ſit nimirum *primatu* Abel, gubernando Noah, patriarchatu Abraham, zelo Elias, iuditio Samuel, ordine Melchizedech, Petrus clauibus, vnctione Chriſtus. Hinc quindecem illa apud Bellarminum nomina, nomina blaſphemiæ, quibus ſuperbit meretrix. *Papa* pater patriæ, Pontifex Chriſtianorum, ſummus ſacerdos, princeps ſacerdotum, vicarius Chriſti, caput corporis Chriſti, fundamentum Eccleſiæ, Doctor omnium fidelium, Epiſcopus vniuerſalis, rector domus Dei, Paſtor ouilis, ſponſus Eccleſiæ, cuſtos vineæ, Apoſtolicæ ſedis præſul; imò agnus dei, radix Dauid, *Leo* de tribu Iudah, ſaluator, terrenus Deus, *Dominus*, Deus noſter Papa. *A quo*, tanquam a capite mẽbra, cæteri omnes deſcendũt: *propter* quem, non propter Chriſtum, vna eſt Eccleſia, *de* cuius plenitudine omnes accipiunt: *ſummus* orbis magiſtratus, Cephas, *lux*, quæ in mundum venit, & dilexerunt homines tenebras magis quam lucem: mundi ſtupor, *admirabilis*, Maxima rerũ, *non* purus homo, Non homo, Nec deus, nec homo, ſed neuter inter vtrumque, *Chriſtus* dei, dominus Pharaonis, inter Deum & hominem medius conſtitutus, *cuius* iuditio Eccleſiam acquieſcere oportet: ſi virtutes eſſe dixerit malas & vitia bona,

Iulius ep. 2. Anaclet.

Extrau. de conſt. licet.

De Ro. por. lib. 2 cap. 3.

Paulus AEmil. lib. 7. Simon Begnius in con. latet. In con. Trid. ex. cit. Iuelli. Extrau. Io. 21. um int. in gloſſ. Th. Acq. lib. 3. de reg. prin. ca. 10. Roſſ. ex Iuel Durand. lib. 4. Cor. Bit. in con. trid. In pro. Clẽ. in g. Ext. Io. condit. Ext. ſol. 2 2. de. verb. ſig. in gloſſ. Sex. dec. de el. et el. po. c. ſun. in gl. Pe. bleſ. ep. 2. 9. Pel. de po. Ro. lib 5. cap. 1. Ebur. bamb. ad had. po. et de el. et el. pont. ca. fund. Bel.

De Ma, et obed, vnam ſanctam, De ren, c, quon, in gloſſ, Th. Acq, li, 3, de reg, pr, in gl, c, 11, De ren, ca, quo, in gl, Concil. lat. St, ep, pat, in co, lat, De Tra, e, c, quo, Hoſt, in c, quam, de trans preb, Anaclet 3,

bona, non eſt quòd *audeat* quiſquam dicere, Domine, cur ita facis; cuius ſedes *nulli* hominum ſubeſt. Quam ob cauſam *huic* obedire de neceſsitate ſalutis; in quo *plenitudo* gratiæ, plenitudo poteſtatis eſt, *cuius* oſsibus ita inhærent vices Dei, vt non poſsint abdicari, *Cui* omnis data & in cœlo, & in terra poteſtas. Si enim in Chriſto omnis poteſtas, in *Papa* omnis poteſtas ſuper omnes poteſtates: *Et*, ſi *Prælati* omnes Dij, ſuper omnes quidē deos Papa, quia ſuper omnes Prælatos, *qui* omnia et ſuper omnia eſt; *aduerſus* quem nec portæ inferorum præualebunt. *Petra* enim Petrus, *nec* tam Petrus quàm Petri ſedes, cardo, caput, domina, dux, magiſtra omniū Eccleſiarum; *a cuius* cathedra recipit ſanctitatem Præſul, et ſi non ſanctum inuenit, ſanctū facit. *Qualem* niſi vnicum poſt ſe in terris reliquiſſet dominus (vt cum reuerentia loquar) non videretur fuiſſe diſcretus: *Non* bene Eccleſiæ prouidiſſet. Audiſtis (patres & fratres) gloriantem aduerſus fabrū ſecurim, ramum, qui radicem portat, partem toto maiorem; cui non ſatis eſt, vt ſit Græcia Græciæ, vt olim *Thucidides*: vel orbis epitome, vt de ipſa Roma Celius Rodaginus; ſed ſola vult eſſe, nec præter eam alia, vt de Babilone propheta. Sic, *Dum* vnam Eccleſiam extollunt, eam, quæ eſt vniuerſalis, cuius & Romana Eccleſia membrum eſt, prætermittunt. At hoc quicquid eſt impietatis, quicquid eſt blaſphemiæ, vno eluitur verbo: non his ſcilicet Papæ laudibus minuitur, ſed augetur Chriſti gloria. Proregis enim honos in Regis honorem cedit. Non hos ſibi titulos Pontifex alia ratione, niſi vt Chriſti vicario aſcribit, nec beſtia ſua eſſe illa cornua, ſed Agni: nec ſuam eſſe Phareſæi cathedram ſed Moſes gloriantur: nec pſeudo-

Bel, de, Ro, pont,

Bel, diſt, 21 quī, Diſt, 19, ſic om, in gloſſ, Ibidem, d ſext. Bon, renu, cap, quo, in gloſſ, Pet, bert, in glo, in dec.

Bel. de ver. Dei non ſcrip. lib. 4. cap. 4.

Conc, Baſi, ep, 3,

Bel. lib, 1, de, Ro, Pont, cap, 9,

propheta

propheta vſquam quiſquam ſuo in nomine loquutus eſt. *Nonne* dominus eſt in medio noſtri? Idem de ipſo Antichriſto tradit propheta Daniel, *roborabitur* fortitudo eius, ſed non in viribus ſuis, ſedebit in templo (inquit Apoſtolus noſter) non Deus, ſed tanquã Deus; ſolis & lunæ frater, amicus ſponſi ſummus & familiaris, alter idem. Vt, vt ſint agni cornua, ſi ſit Draconis vox, *ſi ſcientiam repulisti*, repellam ego te, ne ſacerdotio fungaris mihi. *Dedit* ijs in præceptis ſuis poteſtatem: hanc ſi in ipſa iam præcepta exercuerint, et per legem diſſoluant legem, & Chriſti poteſtatẽ Chriſti ſapientiæ, poteſtatem in miniſtro, ſapientiæ in verbo opponant. Hic eſt Antichriſtus *negans* & patrem & filiũ, hoc eſt, in templo Dei ſedere. Mich, 3, Dan, 8, Oſe, 4. Eccl, 45.

Antichriſt. in officio ſuo ſe Chriſto adæquat.

Præ ſe ferens ſe eſſe deum. Præ ſe ferre ſe eſſe deũ dximus eſſe, officia illa & munera Chriſti peculiaria & propria ſibi arripere, ſibi tribuere. depoſuit nomen Dictatura Cæſar, vim retinuit. Reſpuit hic forſan Chriſti nomen, numen habet. Non audet dici, audet tamen eſſe Deus. Chriſti ſanctiſsima humanitas legibus ſubdita fuit. *Non* venꝰ ſoluere legem, ſed implere; *Papa* ſolutus legibus ſupra ius, ſupra leges eſt: Chriſtus in forma ſerui, Angelis inferior; *Papa* (ſeruorum ſeruus) angelis ſuperior: Chriſti in humana natura nõ erat cœleſtis gloriæ præmia diſtribuere; *Papa* diſtribuit: Chriſtus in humana ſua natura non potuit omnia, quæ deus poteſt; *Papa* poteſt: Chriſti regnum non fuit mundi huius; *Papa* totius mundi obtinet principatum, vtroque pollet gladio, vtriuſque regni lauream et Coronam dat: Chriſto in humana natura omnia non erant ſubiecta, dum in terris verſaretur: *Papæ* omnia ſubiecta ſub pedibus eius: Chriſtus in humana natura poteſtatibus; *Papa* nulli creaturæ ſubijcitur, ne ſibi Ext, Com, li, 2, rem, non noua in gloſſ. Heb, 2, 9. Pla, in vit, hild. Ant, in 3, part, ſum, ma, Math, 20, 23. Ex ſum, cal, frat. bap, Math, 29, 42. Panor, de elẽ, po, cap, licet, Bulla, Clem, ad vien, ſcrin, pra, ſo, 22, ſi frat. in gloſſ, Hebr, 2. 8, Anto, ſum, ma, 3, part, diſt, 22, Gab, l, 4, di, 19,

De Ma, et obed, vnam ſanctam, De ren, c, quon, in gloſſ, Th. Acq, li, 3, de reg, pr, in gl, c, 11, De ren, ca, quo, in gl, Concil. lat. St, ep, pat, in co, lat, De Tra, e, c, quo, Hoſt, in c, quan, de trans preb, Anacle: 3,

bona, non eſt quòd *audeat* quiſquam dicere, Domine, cur ita facis; cuius ſedes *nulli* hominum ſubeſt. Quam ob cauſam *huic* obedire de neceſsitate ſalutis; in quo *plenitudo* gratiæ, plenitudo poteſtatis eſt, *cuius* oſsibus ita inhærent vices Dei, vt non poſsint abdicari, *Cui* omnis data & in cœlo, & in terra poteſtas. Si enim in Chriſto omnis poteſtas, in *Papa* omnis poteſtas ſuper omnes poteſtates: *Et*, ſi *Prælati* omnes Dij, ſuper omnes quidē deos Papa, quia ſuper omnes Prælatos, *qui* omnia et ſuper omnia eſt; *aduerſus* quem nec portæ inferorum præualebunt. *Petra* enim Petrus, *nec* tam Petrus quàm Petri ſedes, cardo, caput, domina, dux, magiſtra omniū Eccleſiarum; *a cuius* cathedra recipit ſanctitatem Præſul, et ſi non ſanctum inuenit, ſanctū facit. *Qualem* niſi vnicum poſt ſe in terris reliquiſſet dominus (vt cum reuerentia loquar) non videretur fuiſſe diſcretus: *Non* bene Eccleſiæ prouidiſſet. Audiſtis (patres & fratres) gloriantem aduerſus fabrū ſecurim, ramum, qui radicem portat, partem toto maiorem; cui non ſatis eſt, vt ſit Græcia Græciæ, vt olim *Thucidides*: vel orbis epitome, vt de ipſa Roma Celius Rodaginus; ſed ſola vult eſſe, nec præter eam alia, vt de Babilone propheta. Sic, *Dum* vnam Eccleſiam extollunt, eam, quæ eſt vniuerſalis, cuius & Romana Eccleſia membrum eſt, prætermittunt. At hoc quicquid eſt impietatis, quicquid eſt blaſphemiæ, vno eluitur verbo: non his ſcilicet Papæ laudibus minuitur, ſed augetur Chriſti gloria. Proregis enim honos in Regis honorem cedit. Non hos ſibi titulos Pontifex alia ratione, niſi vt Chriſti vicario aſcribit, nec beſtia ſua eſſe illa cornua, ſed Agni: nec ſuam eſſe Phareſæi cathedram ſed Moſes gloriantur: nec pſeudo-

Bel, de, Ro, pont,

Pel, diſt, 21 qui, Diſt, 19, ſic om, in gloſſ,

Ibidem,

d ſext. Bon, rem, cap, quo, in gloſſ, Pet, bert, in glo, in dec.

Bel. de ver. Dei non ſcrip. lib. 4, cap. 4.

Conc, Baſi, ep, 3,

Bel. lib, 1, de, Ro, Pont, cap, 9,

propheta

propheta vſquam quiſquam ſuo in nomine loquutus eſt. *Nonne* dominus eſt in medio noſtri? Idem de ipſo Antichriſto tradit propheta Daniel, *roborabitur* fortitudo eius, ſed non in viribus ſuis, ſedebit in templo (inquit Apoſtolus noſter) non Deus, ſed tanquã Deus; ſolis & lunæ frater, amicus ſponſi ſummus & familiaris, alter idem. Vt, vt ſint agni cornua, ſi ſit Draconis vox, *ſi ſcientiam repulisti*, repellam ego te, ne ſacerdotio fungaris mihi. *Dedit* ijs in præceptis ſuis poteſtatem: hanc ſi in ipſa iam præcepta exercuerint, et per legem diſſoluant legem, & Chriſti poteſtatẽ Chriſti ſapientiæ, poteſtatem in miniſtro, ſapientiæ in verbo opponant. Hic eſt Antichriſtus *negans* & patrem & filiũ, hoc eſt, in templo Dei ſedere.

Mich, 3, Dan, 8, Oſe, 4. Eccl, 45.

Antichriſt. in officio ſuo ſe Chriſto adæquat.

Præ ſe ferens ſe eſſe deum. Præ ſe ferre ſe eſſe deũ dximus eſſe, officia illa & munera Chriſti peculiaria & propria ſibi arripere, ſibi tribuere. depoſuit nomen Dictatuꝛæ Cæſar, vim retinuit. Reſpuit hic forſan Chriſti nomen, numen habet. Non audet dici, audet tamen eſſe Deus. Chriſti ſanctiſsima humanitas legibus ſubdita fuit. *Non veni ſoluere legem, ſed implere; Papa* ſolutus legibus ſupra ius, ſupra leges eſt: Chriſtus in forma ſerui, Angelis inferior; *Papa* (ſeruorum ſeruus) angelis ſuperior: Chriſti in humana natura nõ erat cœleſtis gloriæ præmia diſtribuere; *Papa* diſtribuit: Chriſtus in humana ſua natura non potuit omnia, quæ deus poteſt; *Papa* poteſt: Chriſti regnum non fuit mundi huius; *Papa* totius mundi obtinet principatum, vtroque pollet gladio, vtriuſque regni lauream et Coronam dat: Chriſto in humana natura omnia non erant ſubiecta, dum in terris verſaretur: *Papæ* omnia ſubiecta ſub pedibus eius: Chriſtus in humana natura poteſtatibus; *Papa* nulli creaturæ ſubijcitur, ne ſibi

Ext, Com, li, 2, rem, non noua in gloſſ. Heb, 2, 9. Pla, in vit, hild, Ant, in 3. part. ſum, ma, Math, 20, 23. Ex ſum, cat, frat. bap, Math, 29, 42. Panor, de elẽt, po, cap, licet, Bulla, Clem', ad vien, ſcrin, prin, ſo, 22, ſi fratr. in gloſſ, Hebr, 2. 8, Anto, ſum, ma, 3, part, diſt, 22, Gab, l, 4, di, 19,

Sex,Bon, lib, 3, periculo, in gloss, Coelæus.

quidem ipsi subiectus est, nisi placuerit: Christus principatum & imperium habuit solo habitu; *Papa* actu habet:

Bel, de bapt, lib, 1, cap, 14,

Christi fidem habentes non sunt certi de salute; *Papæ* in-

Extra, com, lib, 5, de pœnit, et remiss. antiquorum,

dulgentijs communiti sunt certi de salute. Triplicem nostis Christo a patre impositam prouinciam. Prophetæ, regis, sacerdotis: Prophetæ in erudienda Ecclesia; in gubernanda Regis officium cernitur. Regem Antichristum, Prophetam Antichristum: Regem in templo sedentem, Prophetam in verbo opponētem se Christo audiuistis. Iam sacerdotem accipite. Christo regi, Christo prophetæ esse quidem proreges, esse ministros in Ecclesia, qui ad clauum sedeant, qui panem familiæ distribuant, non diffitemur. At in Christi sacerdotio plurima sunt, quæ alteri communicari non possunt: Quæ à nullo quidem alio, nisi ipso Christo, præstari queant. Quæ, illa? intercedere, aduocatum esse, mediatorem esse: peccata remittere, spiritum sanctum dare: esse sacrificium, esse pacem, esse propitiationem, iustificationem, vitam,

Aug, lib, 5, con, hæres,

salutem gregis. Hæc sacerdotis Christi sunt, Christi solius sunt. *Fusus* est sanguis medici, & factum medicamentum phrenetici. At multi Antichristo mediatores multi aduocati, multæ iustificationes, multæ sanctificationes, multi medici: multitudo medicorū perdidit Ec-

Bel, de indul, l. c, 4,

clesiam. Si propriè & absolutè loquamur, *Nomen* redemptoris vni Christo competit. Si largo modo, non est inconueniens vt sint multi redemptores. *Potest* enim quis alteri bona opera sua communicare, quod ad satisfactionem pro reatu pœnæ attinet. Hinc ille meritorum

Cap, 7,

thesaurus in Ecclesia, *absolutum* cuius dispensandi ius in

Cap, 11,

Papa consistit. Ab eo *cæteri* omnes mutuantur Episcopi.

Ibidem

Propriè enim Petro à Domino dictum est, *quodcunq;* in

terra

terra ſolueris, ſolutum & in cœlo erit. Quo minùs mirum videri debet, quod Paulus Æmilius refert, Legatos Syculos pontificem Romanũ in hæc oraſſe verba: *Qui tollis peccata mundi, miſerere noſtri.* Quid hoc monſtri? ſcindit veſtes rex Iſraelis; *num* ego Deus ſum, vt poſsim occidere & vitam dare, quod ad me miſerit vt hominem à lepra liberem: Hic autem noſter animi & mentis morbum omnem, omnem peccati ſaniem & ſceleris labem tollit; at non ſuo nomine, ſed Chriſti applicando noxijs merita. Incidis in Scillam ne Chriſto iniurius videare. In ſpiritum iam ſanctum peccas, cuius eſt ſolius hoc munus, merita nobis Chriſti applicare: Miſit enim *ſpiritum* filij in corda noſtra, et dedit nobis ſpiritum arrhabonem. Quin & *iuſtificati* eſtis (inquit Apoſtolus) *in nomine Domini Ieſu*, & per Spiritum eius. Quomodo per ſpiritum Dei iuſtificati? quia *De meo* accipiet & renunciabit vobis. Quid accipiet? quòd *per* ipſum habeamus aditum per vnum ſpiritum ad patrem: per ipſum, per ſpiritum: per ipſum, vt redemptorem: per ſpiritum, vt paracletum. Nam quòd hic mea cauſa peregit in cruce ille mea cauſa peractum clamat in corde. Quamobrem ſpiritus ſanctus, & conſolator, et donum dicitur. Quia per ſpititum ſanctũ omnia Chriſti dona mea ſunt, mea merita eius, vita, mors, reſurrectio et aſcenſio; imò ipſe ſe meum totum Chriſtus hoc mihi dono prædicat. Multò igitur meliùs Petrus Lumbardus, *Deus* peccata dimittit, mundando animam & remittendo pœnam: ſacerdos ſolum oſtendendo ſolutionem factam: vt baptizandi quidem miniſterium Legatis ſuis conceſsit, poteſtatem reſeruauit ſibi: et Lazarum ipſe è mortuis ſuſcitauit, ſuſcitatum tradidit Apoſtolis ſoluendum; ſic &

Paulus Aem, l, 5.

2, Reg, 5, 7.

Biell lect, 26.

Sled, lib, 1.

Gal, 4.

2, Cor, 5.

1. Cor, 6.

Io, 6.

Eph, 2.

4, ſent, diſt, 18.

Sex,Bon, lib, 3, periculo, in gloss, Coelæus.

quidem ipsi subiectus est, nisi placuerit: Christus principatum & imperium habuit solo habitu; *Papa* actu habet:

Bel, de bapt, lib, 1, cap, 14,

Christi fidem habentes non sunt certi de salute; *Papæ* indulgentijs communiti sunt certi de salute. Triplicem

Extra, com, lib, 5, de pœnit, et remis. antiquorum,

nostis Christo a patre impositam prouinciam. Prophetæ, regis, sacerdotis: Prophetæ in etudienda Ecclesia; in gubernanda Regis officium cernitur. Regem Antichristum, Prophetam Antichristum: Regem in templo sedentem, Prophetam in verbo opponẽtem se Christo audiuistis. Iam sacerdotem accipite. Christo regi, Christo prophetæ esse quidem proreges, esse ministros in Ecclesia, qui ad clauum sedeant, qui panem familiæ distribuant, non diffitemur. At in Christi sacerdotio plurima sunt, quæ alteri communicari non possunt: Quæ à nullo quidem alio, nisi ipso Christo, præstari queant. Quæ, illa? intercedere, aduocatum esse, mediatorem esse: peccata remittere, spiritum sanctum dare: esse sacrificium, esse pacem, esse propitiationem, iustificationem, vitam,

Aug, lib, 5, con, hæres,

salutem gregis. Hæc sacerdotis Christi sunt, Christi solius sunt. *Fusus* est sanguis medici, & factum medicamentum phrenetici. At multi Antichristo mediatores multi aduocati, multæ iustificationes, multæ sanctificationes, multi medici: multitudo medicorũ perdidit Ec-

Bel, de indul, l. c, 4,

clesiam. Si propriè & absolutè loquamur, *Nomen* redemptoris vni Christo competit. Si largo modo, non est inconueniens vt sint multi redemptores. *Potest* enim quis alteri bona opera sua communicare, quod ad satisfactionem pro reatu pœnæ attinet. Hinc ille meritorum

Cap, 7,

thesaurus in Ecclesia, *absolutum* cuius dispensandi ius in

Cap, 11,

Papa consistit. Ab eo *cæteri* omnes mutuantur Episcopi.

Ibidem

Propriè enim Petro à Domino dictum est, *quodcunq;* in terra

terra ſolueris, ſolutum & in cœlo erit. Quo minùs mirum videri debet, quod Paulus Æmilius refert, Legatos Syculos pontificem Romanũ in hæc oraſſe verba: *Qui tollis peccata mundi, miſerere noſtri.* Quid hoc monſtri? ſcindit veſtes rex Iſraelis; *num* ego Deus ſum, vt poſsim occidere & vitam dare, quod ad me miſerit vt hominem à lepra liberem: Hic autem noſter animi & mentis morbum omnem, omnem peccati ſaniem & ſceleris labem tollit; at non ſuo nomine, ſed Chriſti applicando noxijs merita. Incidis in Scillam ne Chriſto iniurius videare. In ſpiritum iam ſanctum peccas, cuius eſt ſolius hoc munus, merita nobis Chriſti applicare: Miſit enim *ſpiritum* filij in corda noſtra, et dedit nobis ſpiritum arrhabonem. Quin & *iuſtificati* eſtis (inquit Apoſtolus) *in nomine Domini Ieſu*, & per Spiritum eius. Quomodo per ſpiritum Dei iuſtificati? quia *De meo* accipiet & renunciabit vobis. Quid accipiet? quòd *per* ipſum habeamus aditum per vnum ſpiritum ad patrem: per ipſum, per ſpiritum: per ipſum, vt redemptorem: per ſpiritum, vt paracletum. Nam quòd hic mea cauſa peregit in cruce ille mea cauſa peractum clamat in corde. Quamobrem ſpiritus ſanctus, & conſolator, et donum dicitur. Quia per ſpititum ſanctũ omnia Chriſti dona mea ſunt, mea merita eius, vita, mors, reſurrectio et aſcenſio; imò ipſe ſe meum totum Chriſtus hoc mihi dono prædicat. Multò igitur meliùs Petrus Lumbardus, *Deus* peccata dimittit, mundando animam & remittendo pœnam: ſacerdos ſolum oſtendendo ſolutionem factam: vt baptizandi quidem miniſterium Legatis ſuis conceſsit, poteſtatem reſeruauit ſibi: et Lazarum ipſe è mortuis ſuſcitauit, ſuſcitatum tradidit Apoſtolis ſoluendum; ſic & dimit-

Paulus Aem, l, 7.

2, Reg, 5, 7.

Biell lect, 26, Sled, lib, 7,

Gal, 4, 2, Cor, 5, 1. Cor, 6, Io, 6, Eph, 2,

4, ſent, diſt, 18,

dimittit ille peccata ſolus: dimiſſa miniſtri prædicant. De interceſſore & mediatore Chriſto quid loquar; Libycas citiùs arenas, quam Chriſtianorum omnes mediatores et aduocatos enumerauerim. Habent omnes Eccleſiæ, ciuitates, pagi, hominum ordines, corporis membra, morbi, loci, dies, pecora, piſces, volucres, muſcæ, res, & reculæ ſuos diuos. Quis igitur Chriſtus, redemptor? ex parte, non ex toto: a culpa, non a pœna: at vnicus culpæ redemptor? *ſtrictè* ſi loquaris, vnus, ſed redemptores etiam plures. Quid igitur? num mediator vnus Chriſtus? *Vnus* quidem redemptionis mediator at interceſsionis plures. Ita enim ad *Chriſti* dextram ſedet Maria, *in throno Dei*, vt ad patris Chriſtus. Quamobrem *non iam* ad reconciliandum nobis patrem ipſum filium, ſed matrem orare oportet.

3, ſent, diſt, 19.

Bel, de indu, lib, 2. cap, 4,

Bel, de indul, lib, 2, cap, 14,
Bel de beat, ſanct, lib, 1, cap, 2,
Aloiſ, Lip, de dorm, be, virg,
Bonau, in Pſalt, virg,
Rich. ſup. Cant.

Iube natum, coge Deum,
iure matris impera.

Dixit enim *æternus* ad veterem, Deus ad ſerpentem; ponam inimicitias inter te et mulierem, inter ſemen tuum, et ſemen eius, et ipſa conteret caput tuum. Pijs forſan (dices) et diuini numinis veris cultoribus propitia eſt & miſericors virgo; imo impijs, impuris, impudicis, perditis, Dei Chriſtiquè contemptoribus, ſi modo ipſam celebrent, ipſam *tantùm*, amicam fingunt. Neglecto numine, omiſſo Chriſto, virginis ſacratas horas obſeruantes hominum dæmonumq; eripiuntur manibus: ipſiuſq; adeò in conſpectu, et pro tribunali Chriſti iuſtificantur. Nec matris prærogatiua ſolum, ſed et omnium etiam Sanctorum, Apoſtolorum, Martyrum, virginum, Patrum opus eſt interceſsio: *firmi* ſcilicet apud Deum patroni Petri vicarij; nec illi ſolum ſed et

Pontifor ſarll, in conſep, virg, lect, 4,

Legend, Lomb, c, 11, Honddorf, ex promp, exempt,

Ex falſa Conſt, ona,

Tuper

Tu per Thomæ ſanguinem, quem pro te impendit.
Fac nos, Chriſte, ſcandere, quò Thomas aſcendit.

Quid (quæſo) vnquam in Thomam, vel in quemuis alium de fæce ſacrificulum contulit Chriſtus, quod non et in Chriſtum ſacerdos? ſacerdotis Chriſtus creator, & Chriſti ſacerdos; ſed creaturæ tantum Chriſtus, creatoris ſacerdos, quod *omnium* miraculorū maximum eſt, creator. Verbo hic fecit, et ille verbo: obtulit hunc Patri Chriſtus Chriſtū ille, intercedit pro ſacerdote Chriſtus, et pro Chriſto ſacerdos. *Supra* quæ (corpus ſcilicet & ſanguinem Chriſti) propitio et ſereno vultu reſpicere digneris. Nam cum *tranſubſtantiatum* patri obtuleris, orat pro eius acceptatione, ſacerdoti deniquè recludit cœli ianuam Chriſtus, et Chriſto ſacerdos. *Iube* hæc perferri per manus ſancti Angeli tui in ſublime altare tuum. Non redimit ſolus Chriſtus, non ſolus remittit, non ſolus intercedit: at ſanctificat forſan ſolus: permitte ſaltem hoc vnùm Chriſto. Quid igitur Chriſma? cineres? aqua luſtralis? reliquiæ? extrema vnctio? *Per* quam, vnà cum piiſſima eius miſericordia indulgeat tibi deus, quicquid deliquiſti: licet enim *Homo* cum vera fide damnari poſſit, et *Crucis* ſacrificium non efficienter iuſtificet; tàmen qui monachi vel fraterculi ſepultus in toga fuerit, fugiunt hunc Dæmones & infernum; nec minor reliquiarum virtus. *Peccatorum* catenas diſſoluunt et fideles conſeruant Chriſti faſciæ: *accingit* lumbos noſtros veritate, iuſtitia, et manſuetudine, rectoſq; fide, & vita ſaluos conſeruat intemeratæ virginis intemerata zona; hanc habemus vires et auxilium, murum & propugnaculum, portum, et ſalutare refugium apud deum. *Sal* vero omnibus ſumentibus ſalus

Iulius in ep. ad orient. paſc. 1, Stella, cleri, et leg. lomb. Miſſ. portif. ſariſ. et omnes.

In Canonæ miſſ.

Duraneus lib. 4, part. 2,

In Can. miſſæ,

Bel. de ext. vnct. cap. 7, et 8,

Bel. de bap. lib. 1, cap. 14,

Bel. de ſacrif. miſſ. lib. 2, cap. 4,

Aloiſi. Lipo. in hiſt. de depoſ. faſciar. dom. et encæn. temp.

Ex Portif. ſariſ. Bel. de cult. ſanct. lib. 7,

Regino Ab, de dis, ecle,

salus animi et corporis: *aspersorum* sanctificatio est aqua benedicta: pro redemptione peccatorum valent cineres & ab insidijs diaboli tutos reddunt frondes.

O sanctas gentes quibus hæc nascuntur in hortis numina. Hæc omnia sine Christo invtilia in Christo (inquiunt) salutaria sunt: non solus præstat: in solo præstatur tamen. *In prudentia* tna fecisti itbi fortitudinem. *Qui addunt* præceptis diuinis, deum insipientiæ arguunt, sequé supra deum ponunt. Qui verò adimunt, crudelem faciunt. Quasi per impotentiã præceperit, quæ isti sua mansuetudine et humilitate sciunt lenire. Exurge domine Iesu, veni Rex gloriæ, veni vnice Dauid noster, vrsum & leonem, diabolum et Antichristum simul interfice: terram hanc gigantum detrahe in ruinam: imple facies eorum ignominia, vt quærant nomen tuum. Etiam veni cito Domine Iesu, cui cum patre & spiritu sancto sit omnis laus et gloria in omnem æternitatem. *Amen, Amen.*

Bartol, Amantius,

BRITISH MUSEUM